

> ob dictam pestilentiam ex quinque personis tres, et quasi nullus remansit in civitate ex hiis qui remanserunt viri quoniam (quoniam) aufugeret ad partes Venetiarum et alibi ubi non erat pestis; deinde reversi sunt et reconciliata est civitas.

657

VERONENSE.

658

Veronæ, & ejus districtu mortui sunt plusquam dimidia pars hominum, & mulierum; & in civitate nullus remansit, quia omnis Populus fugit propter pestem. Eodem (Millesimo die XII.) Novembris Dominus Ugolinus de Gonzaga Dominus Mantuæ gladio interemptus est in camera propria per Dominos Ludovicum, & Franciscum ejus fratres, qui Dominum civitatis Mantuæ in se liberè acceperunt.

MCCCLXIII. die V. Junii. Dominus Canfignorijs de la Scala duxit, & desponsavit in uxorem Dominam Agnetem filiam quondam Domini Ducis de Duratio de Apulia; & fuit festum in Verona (in Curia Veronæ per XV. dies), ubi interfuerunt Marchio Nicolaus Estensis cum ejus uxore, Domina Regina uxor Domini Bernabovis de Mediolano cum maxima comitiva & pulcherrima Dominarum de Mediolano, Dominus Franciscus de Gonzaga Dominus Mantuæ, & plures Ambasciatores, & alii Nobiles Lombardiæ. Natus est ipse Dominus Canfignorijs MCCCLXV. Martii.

MCCCLXIV. Dominus Canfignorijs de la Scala fecit fieri & edificari Broilum, & Revoltum, & plura Palatia cum cameris, & ornamentis in domibus habitationis ipsius.

MCCCLXV. die XXVII. Decembris fuit in Verona ventus calidissimus, (ac si esset) de mense Junii. Eodem Anno die Martis XXI. Januarii (in festo Sanctæ Agnetis) Dominus Canfignorijs de la Scala, sentiens diutinum Tractatum contra personam, & statum suum, & certificatus de Tractu predicto, fecit capi & detineri Dominum Paulum Albuinum ejus fratrem, & in castro Pischerie includi, & carcerari fecit. Et plures ob illam causam in Arena Veronæ decapitati fuerunt, videlicet Frater Dominicus Prior Ordinis Fratrum Predicatorum Sanctæ Anastasiæ de Verona, (Icerinus de Sagramoxio), Bartholomæus de Pitatis, Aluixius de Manardo, Bonomus a Lardo, Albertus de Mizolis, Bernardinus Raffe, & Michael Secadinari; & fuit die Sabbati XXV. Januarii in die Conversionis Sancti Pauli, & plures alii carcerati.

MCCCLXVI. Predictus Dominus Canfignorijs de suprascriptis carceratis fecit suspendi super fureas Sancti Jacobi ad Tombam Zampetrum de la Scala, Joannem Grassum filium quondam Domini Nicolai de Dispensatoribus, Zuchetum filium Ade de Leniaco, & Canti de Cardino Fratrem Philippi de Cardino. Ceteri verò detenti in carceribus Communis Veronæ remanserunt carcerati usque ad mortem Domini Canfignorijs, qui obiit die Jovis XIV. Octobris MCCCLXXV. in V. hora noctis, qui postea incontinenti de dictis carceribus liberè fuerunt relaxati, & certi confinati. Eodem Anno XII. Februarii Dominus Leopoldus frater Domini Ducis Austriæ venit Veronam cum quingentis equis benigne receptus, & die sequenti ivit versus Mediolanum ad desponsandam quamdam filiam Domini Bernabovis de Vicecomitibus Domini Mediolani. Et eo Anno die VIII. Martii dictus Dominus Leopoldus reversus est de Mediolano, & venit Veronam, & rediit Austriam desponsata uxore, cum magno festo, & maximis donis sibi factis Mediolani, & in Verona. Eodem Anno die Sabbati XIV. Junii Dominus Rodulfus (Dux Austriæ) frater supradicti Leopoldi Veronam venit cum CCC. equis, & duobus diebus ibi mansit honorificè receptus;

Tom. VIII.

A & die sequenti versus Mediolanum equitavit. Et Dominus Ambrosius filius naturalis Domini Bernabovis, & Dominus Feltrinus de Mantua Dominus Regii venerunt Veronam recipere ipsum Ducem. Eodem Anno (die Dominico XV. Junii) Jacobus a Leone interfectus fuit super viam Communis prope domum suam, & dejectus de equo, quem equitabat, multipliciter vulneratus. Eodem Anno die Dominico XX. (mensis) Julii Dominus Rodolphus supradictus Dux Austriæ (in civitate) Mediolani morte naturali decessit, cujus cadaver Veronam honorificè portatum fuit, & positum in Ecclesia Sancti Petri Archivolti ante (Ecclesiam Cathedralē) de Verona. Et Dominus Canfignorijs de la Scala fecit fieri sibi maximum honorem cum Clero civitatis Veronæ, (& toto Populo); deinde cadaver in Alemanniam fuit delatum. Eodem Anno die XVI. mensis Julii Aldrigetus filius quondam Domini Frederici de Castrobarco, qui comitatus fuerat præfatum Ducem, in civitate Mediolani morte decessit naturali, factus, & creatus miles ante obitum ejus; & ipsum Cadaver ibi fuit honorificè humatum. Eodem Anno die Jovis XVIII. Julii Dominus Laurentius da Cà Celso Dux Venetiarum creatus, morte naturali decessit. Eodem Anno die XX. Julii Dominus Marcus da Cà Corner (honorabilis Civis Venetiarum) fuit creatus Dux Venetiarum. Eodem Anno die Lunæ XV. Septembris (hora serotina) Dominus Luixius Abbas Monasterii Sanctæ Trinitatis de Verona factus fuit Abbas dicti Monasterii de Anno MCCCLXX. & die prædicto fuit gladio interfectus in prædicto Monasterio a quodam suo Monacho, qui vocabatur Dominus Thomaxius de Florentia, & totum Monasterium præfatum prædatum fuit a vicinis & circumstantibus.

B MCCCLXVII. Indictione III. die Dominico 21. Septembris in Festo Sancti Matthei Evangeliste fuit magnus Terræmotus in Verona in ortu Solis; & post mediam horam iterum alius tremor hora Solis, ascendente Sole super Gradu Libræ, Luna existente XX. Gradu Sagittarii, Saturno II. Gradu Scorpionis, (Jove 208. Marte 27. Gradu Scorpionis), Venere VII. Gradu Libræ, Mercurio XX. Gradu Virginis, & Capite II. Gradu Virginis. Eodem Anno die Sabbati VIII. (intrante mense Octobris), Illustris & Magnus Dominus Dominus Petrus Rex Cypri fecit suum reformationem, & maximum apparatus, & cum suis navibus profectus est cum maxima quantitate personarum & militum in Alexandriam versus partes marinas, & ipsam Alexandriam intravit, & cepit, & ipsam depredata est, & expoliavit: quapropter omnes sunt ditati. Deinde predictus Rex XIII. prædicti mensis Soldanum cum maxima quantitate Saracenorum sentiens advenire, timens, abiit, combusta prius dicta Terræ Alexandriæ, (ducens secum circa mille divites homines Alexandriæ). Tandem in Sumciso applicuit, quæ est civitas dicti Regis, & ibi duobus diebus mansit; deinde cum suis gentibus sospes & incolumis ad propria remeavit, (ditatus multis bonis, & divitiis).

C MCCCLXVIII. Indictione IV. Die Martis tertio Martii. Illustrissimus Dominus Joannes dictus Infans Rex Majolicæ, & Maritus Regine Joannæ Regine Apuliæ, applicuit Veronam honorificè receptus; sed die Veneris VI. die sequenti versus Mediolanum equitavit.

E MCCCLXVIII. Indictione IV. Die Martis tertio Martii. Illustrissimus Dominus Joannes dictus Infans Rex Majolicæ, & Maritus Regine Joannæ Regine Apuliæ, applicuit Veronam honorificè receptus; sed die Veneris VI. die sequenti versus Mediolanum equitavit.

De Vicecomitibus de Mediolano
(1) ad recipiendum dominum
(1) XV Januarii

gladio

(1) d. Junii
- fus (1) d.
p. 129.

Verone
(1) domum ecclesie majoris
magnificus.

(1) et nobilibus et civibus
ipsum comitando
die 1^o Augusti in Alemaniam
cadaver supradictum
> d. Fest.

concreatus

* XVI

(1) d.
mensis

(1) concreatus fuit

(1) d.

(1) d.

presbitero nominabatur
* do
p. 130

(1) predictum fuit a vicinis et
circumstantibus depredatum.
> Eodem anno die dominico
XXV Septembris

Lapostoli et horam. Iterum
* minor, scilicet

(1) d.

* 20 et pro VII.

(1) mensis Octobris

magnificus.

maximus

ultra

civitas

(1) d.
Simicisso (1) d.

p. 131. Et status

(1) d.

(1) Eodem anno die Martii
tertio Martii
Illustris et magnificus dominus
maiorice
Verone